

Niederrheinische Urkunden des 12. Jahrhunderts.

Von

A. Brackmann.

Die Veröffentlichung der hier folgenden Urkunden ist veranlasst durch den mir wiederholt geäußerten Wunsch, dass ich die bei den Vorarbeiten für die *Germania pontificia* gefundenen Urkunden möglichst bald bekannt geben möge. Der Redaktion der *Annalen* bin ich zu Dank verpflichtet, dass sie mir die Möglichkeit gewährt hat, diesem Wunsche nachzukommen. Die Urkunden geben nur zu wenigen kritischen Bemerkungen Anlass; diese Bemerkungen sind in den einleitenden Worten gegeben, die im übrigen dazu dienen sollen, auf den geschichtlichen Zusammenhang aufmerksam zu machen, in den die Urkunden gehören.

I. St. Cassiusstift in Bonn.

Ein Privileg Eugens III. für das Cassiusstift wird in der Urkunde Alexanders III. JL. 12898 zitiert¹⁾; es kann kein Zweifel sein, dass mit jenem Privileg unsere Urkunde gemeint ist; denn sie hat für den ersten Teil von JL. 12898 als Vorurkunde gedient. — Das Original war noch vorhanden, als das Chartular des Stiftes angelegt wurde. Als Vorurkunden haben Urkunden Innocenz' II. gedient: das Privileg wiederholt im 1. Teil die Bestimmungen aus JL. 8062 über das Visitationsrecht des Bonner Propstes in den ihm unterstellten vier Dekanaten, besonders in

1) *Bonnensem ecclesiam . . . ad exemplar f. m. Innocentii et patris et predecessoris nostri Eugenii Rom. pontif. sub b. Petri et nostra protectione suscepimus.* Die Formel ad exemplar weist in diesem Zusammenhange auf ein Privileg. (JL. = Jaffé-Löwenfeld, *Regesta Pontificum Romanorum*, Lipsiae 1885/1888.)

den umstrittenen Dekanaten des Ahr- und Zülpichgau¹⁾. Im zweiten Teil wird die päpstliche Entscheidung über den Vorrang der Pröpste von Bonn und Xanten vor dem Propste von St. Gereon, wörtlich aus derselben Urkunde, erneuert²⁾. Der dritte Teil bringt das eigentliche Schutzprivileg mit der Güterbestätigung; die Liste stammt grösstenteils aus JL. 7461, ein kleiner Teil aus JL. 7693; neu aufgenommen sind nur: 1. der mansus in Moffendorp ex dono Brunonis archiepiscopi; die Schenkung erfolgte 1136³⁾, während jene Vorurkunden aus den Jahren 1131 resp. 1135 stammen. 2. die Reihe der Schenkungen des Propstes Gerhard⁴⁾.

Dieses Privileg Eugens vermehrt die Zahl der Papsturkunden, die das St. Cassiusstift unter dem Propste Gerhard erhalten hat. Die grosse Zahl der Privilegien wird durch die eigenartige Stellung Gerhards zur Kurie erklärt. Am 25. Mai 1135 hatte Innocenz II. ihn in seinen besonderen Schutz genommen und ihm das Recht der freien Appellation an den apostolischen Stuhl verliehen⁵⁾. Gerhard hat von dem Rechte im Interesse seines Stiftes

1) Für die Geschichte dieses Visitationsrechtes sind folgende Urkunden zu vergleichen: Lacomblet, Niederrhein. Urkundenbuch, I. nro. 209. 220. 252. 314; JL. 7686. 8062. 8063; Günther, Cod. dipl. Rhenomosellanus, I. nro. 134; JL. 9184. 9185. 9245. 14471. 12898. — Das Dekanat im Ahrgau wird vom Propst von St. Georg in Köln beansprucht, nicht vom Propst von St. Gereon, wie Maassen, Dekanat Bonn I, S. 36 meint. Vgl. JL. 9184 und O. Oppermann in der Westdeutschen Zeitschrift 21 S. 81.

2) Auf diesen Streit beziehen sich folgende Urkunden: Günther, I. nro. 122 (1138); JL. 8062 (1139); Günther, I. nro. 157 (1153); JL. 14471 (1162); JL. 12898 (1177).

3) Vgl. die Schenkungsurkunde des Erzbischofs: Knipping, die Regesten der Erzbischöfe von Köln, II. nro. 320. — Über Muffendorp vgl. Maassen, Dekanat Bonn, II S. 286 ff.

4) Von den hier genannten Gütern werden die Besitzungen in Hunnefe (Honnef), Alestorp (Olsdorf), Vavernich (Virnich?), Bullingesheim (Büllesheim) auch in der Urkunde Rainalds v. Dassel von 1166 (Knipping II nro. 835) als Schenkungen Gerhards aufgezählt.

5) JL. 7690, ein Privileg in Mandatform, geschrieben nach dem für die Privilegierung einer Einzelpersonlichkeit üblichen Formular: in specialem filium sancte ecclesie Romane te suscipimus. Personam tuam et bona tam ecclesiastica quam secularia, que in presentiarum iuste et canonice possides aut in futurum prestante Domino poteris adipisci, beati Petri et nostre protectionis patrocinio communimus et presentis scripti pagina roboramus, adiacentes ut, si te grauatum esse persenseris, tibi libere sedem apostolicam liceat appellare.

sehr oft Gebrauch gemacht; nicht weniger als elf Papsturkunden besitzen wir aus seiner Zeit. Diese Tatsache bietet ein bemerkenswertes Beispiel für jene Beschwerde der deutschen Bischöfe über die allzu häufigen Appellationen nach Rom, die auf dem Konzil zu Pisa am 30. Mai 1135, also fünf Tage, nachdem Gerhard privilegiert war, eine so entschiedene Zurückweisung durch Innocenz II. erfuhr¹⁾. Man wird Gerhard sowohl wegen seiner zahlreichen Appellationen, wie auch wegen der besonderen Auszeichnung, die gerade in den Tagen des Pisaner Konzils erfolgte, als einen hervorragenden Vertreter jener Partei in Anspruch nehmen dürfen, die den centralistischen Bestrebungen der Kurie entgegenkam.

Eugen III. bestätigt dem Propste Gerhard von Bonn nach dem Vorgange Innocenz' II. und in Wiederholung eigener Urteilsprüche das Visitationsrecht in seinem Archidiakonatsbezirk sowie gewisse Ehrenrechte, nimmt das St. Cassiusstift in den apostolischen Schutz und bestätigt ihr die einzeln aufgeführten Besitzungen.

Reims 1148 April 18.

Farragines Gelenii saec. XVII vol. IX fol. 20'/22. Köln Stadtarchiv (C) — Museum Alferianum saec. XVIII ex. tom. XXII pag. 242 ebenda. — Cartular des St. Cassiusstiftes saec. XVII/XVIII pag. 25/29 Düsseldorf Staatsarchiv Ms. B 83 (D). — Kindlingers Abschriftensammlung, Münster Staatsarchiv Ms. II 59 pag. 65 (Auszug).

Eugenius episcopus²⁾ seruus seruorum Dei. Dilecto filio Gerardo Bonnensi preposito eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.^{a)} Cum uniuersis ecclesiis et personis ecclesiasticis debitores ex iniuncto nobis a Deo^{b)} apostolatus officio existamus, illis tamen propensius prouidere^{c)} nos conuenit, qui beato Petro et sancte Romane ecclesie specialius adherere^{d)} noscuntur. Quocirca, dilecte in Domino fili Gerarde preposite, sanctorum²⁾ patrum uestigia prosequentes et generalem ecclesie consuetudinem attendentes, quemadmodum predecessoris nostri felicis memorie pape Innocentii

a) in perpetuam rei memoriam D. b) apost. a Deo D. c) nos prouidere D. d) adhibere C.

1) JL. 7696; vgl. über die Appellationsfrage auch Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands, IV, S. 166 ff. 173.

2) Aus JL. 8062.

privilegio¹⁾ confirmatum est et a nobis postmodum iudicatum²⁾, *licentiam et liberam potestatem certis temporibus uisitandi et circumeundi decanias, que in archidiaconatu tuo site sunt, uidelicet Archoe et Zulpechoe, sicut in reliquis duabus * Eifflensi et Sybergensi hactenus facere consueuisti, tibi tuisque successoribus concedimus atque firmamus. Et quia nouis morbis noua est³⁾ adhibenda medela, si raptiores et malefactores Bonnensis ecclesie commoniti respiscere forte noluerint et archiepiscopus requisitus eos⁴⁾ *coercere neglexerit, postquam secundo et tertio euocati minime satisfecerint, interdicensi et excommunicandi eos tua persona habeat facultatem. Nihilominus etiam constituimus, ut sedem et locum tam in choro sancti Petri quam in publicis processionibus et conuentibus ex iustitie equitate per Coloniensem ecclesiam uobis adiudicatum obtineatis. Vestra igitur interest ita⁵⁾ honeste⁶⁾ per Dei gratiam uiuere et sancte Romane ecclesie * deuotos existere, ut ampliori gratia inueniamini digniores. Preterea ecclesiam⁷⁾ sanctorum martyrum Cassii et Florentii de Bonna, cui Deo auctore presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipientes statuimus, ut quascunque possessiones quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis * diximus exprimenda uocabulis: Duas uidelicet curtes in Bonna cum parte decimarum, in Reida¹⁾ curtim et ecclesiam cum tota decima, curtim Lomere et ecclesiam cum tota decima, curtim Waleuelt²⁾, curtim Dattenuelt et ecclesiam cum tota decima, curtim Berenbach et ecclesiam cum tota decima, curtim Aldenkirchen et ecclesiam cum capellis et decimis earum, curtim Wila et ecclesiam cum tota decima, curtim Limerstorp³⁾ et ecclesiam cum tota decima, curtim Mectenheim⁴⁾ et ecclesiam cum tota decima, curtim Mehestorp⁵⁾ et ecclesiam Lezenich⁶⁾ cum capellis et decimis earum, curtim Gudenesberg⁷⁾ et ecclesiam Rimigestorp⁸⁾ cum circumiacentibus capellis et decimis earum, curtim Uckenes-
 torp, curtim Rutzendorp, curtim ad sanctum Paulum, ecclesiam sancti Martini in Bonna cum tota decima sua, ecclesiam Mucha cum tota decima sua, ecclesiam Waltprugele⁹⁾ cum decima tota, ecclesiam Nuinbrecht cum tota decima, ecclesiam Leuunscheidt cum*

e) adhib. est D. f) eos fehlt in C. g) ita fehlt in CD. h) honestam p. D. gr. agere uitam D; honeste p. D. gr. uiuere C. i) Rheida D. k) Walefeldt D. l) Limestorf D. m) Mechenheim D. n) Mesdorf D; Mhestorp C. o) Lezenich D; Lessenich C. p) Gudesbergh D; Gudensberg C. p¹⁾ Remigstorf D; Rimigistorp C. q) Waldtpriegele D.

1) JL. 8062.

2) JL. 9184. 9185

3) Aus JL. 7461.

*tota decima, ecclesiam Ham cum tota decima, ecclesiam Herechlingen cum tota decima, ecclesiam Frisenhagen cum decima, ecclesiam Moresbach cum parte decime, Winterscheit partem ecclesie et partem decime, ecclesiam Rupechtrode cum tota decima, * Ockenrode cum tota decima, ecclesiam Stildorp cum tota decima, circa Grascaph et infra de sexaginta octo^{r)} uillis omnes decimas, medietatem ecclesie Geistingen cum medietate decime totius parochie, in Wintere minori^{s)} ecclesiam cum tota decima, Wadenheim^{t)} ecclesiam cum tota decima, Francken ecclesiam cum decimis, Caleuiler ecclesiam cum decimis, Euerstorp ecclesiam cum tota decima, Endenich^{u)} ecclesiam cum tota decima, Rindorp^{v)} partem ecclesie et partem decime, Wisebenne^{w)} ecclesiam cum tota decima, capellam sancti Isidori cum parte decime, iura que habes in ecclesiis his, uidelicet Cinesem^{x)}, * Duna et * Ulma, * curtes has uidelicet: Corenhouen, Burnheim, Rindorp, Blanckenheim, Bodenheim^{y)}, Dollendorp, Wintere, Halreberg, Stronberg, Corneskeit ad eleemosinas fratrum pertinentes. Ex dono Brunonis archiepiscopi mansum in Moffendorp; ex concambio prediorum, que Sybergensi¹⁾ ecclesie concessisti, mansum in Rimegestorp; allodium quod prope Bonnam in uilla * Endenich cum uineis agris nemoribus et mancipiis ad ipsum pertinentibus a nobilibus uiris Gerardo de Lon et Heriberto de Saphra annuentibus uxoribus eorum et liberis emptionis titulo ducentis triginta marcis acquisisti. Predia quoque que in Bonna, Hunneffe^{z)}, Blitterstorp, Friderigstorp, Alestorp, Uauernich, Bullingesheim^{aa)} propriis sumptibus perquisisti et eidem ecclesie contulisti. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre aut ablatas retinere, minuere seu^{bb)} quibuslibet uexare molestiis, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate^{cc)} et diocesani episcopi canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioe commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestate honorisque sui dignitate careat reamque^{dd)} se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic^{ee)} fructum bone actionis percipiant*

r) octo fehlt in D. s) minori Wintere D. t) Wadenheim bis decima fehlt in C. u) Endenich bis decima fehlt in C. v) Rheindorp D. w) Wisibenne D. x) Cinesem bis uidelicet fehlt in C. y) Bodenheim fehlt in C. z) Hunefe, Blitterstorf D. aa) Bullingsheim C. bb) aut D. cc) author. D. dd) reaque CD. ee) et hic fehlt in D.

1) Aus J.L. 7693.

et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen^{ff)}
Amen. Amen.

R. Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. BV.^{gg)}

- † Ego Inarus Tusculanus episcopus ss.^{hh)}
 † Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.
 † Ego Hubaldus presb. card. tit. sanctorum Joannis et Pauli ss.
 † Ego Gilibertusⁱⁱ⁾ indignus sacerdos tit. sancti Marci ss.
 † Ego Aribertus^{kk)} presb. card. tit. sancte Anastasie ss.
 † Ego Julius presb. card. tit. sancti Marcelli ss.
 † Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.
 † Ego Bernardus presb. tit. card. tit. sancti Clementis ss.
 † Ego Oddo diac. card. sancti Georgii ad nelum aureum ss.
 † Ego Octavianus diac. card. sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
 † Ego Joannes Paparo diac^{ll)} card. sancti Adriani ss.
 † Ego Gregorius diac. card. sancti Angeli ss.
 † Ego Joannes diac. card. sancte Marie Noue ss.
 † Ego Guido diac. card. sancte Marie in Porticu ss.
 † Ego Jacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin^{mm)} ss.

Datum Remis per manum Guidonis sancte Romane ecclesie
diaconi cardinalis et cancellarii XIII kalendas maii, indictioneⁿⁿ⁾
XI, incarnationis dominice anno M. C. XL. VIII, pontificatus uero
domini Eugenii pape tertii anno quarto.

II. Abtei Brauweiler.

Abt Gerhard (1107—1120) stiftete in dem Dorfe Glessen, das zur Pfarrei Kirdorf gehörte, eine Kapelle, stattete sie mit Reliquien, Priestergewändern und Büchern der Abtei aus und überwies sie dem Pfarrer von Kirdorf¹⁾. Nach dem Tode des Eberhard bestritt der Pfarrer von Bergheim die Ansprüche des Kirdorfer Pfarrers. Dieser Streit hat sich über Jahrzehnte erstreckt. Über die Prozessgeschichte gibt das Chron. Brunwylrense nur ungenügende Auskunft; unsere Urkunden ergänzen den Bericht sehr wesentlich.

Die Zeit des ersten Prozesses, von dem die Legatenurkunde erzählt,

ff) Amen C; fehlt in D. gg) BV. unvollständig CD. hh) ss. fehlt in D. überall, ebenso das Signum † und tit. ii) Gillibertus C. kk) Aribertus CD. ll) Papaco CD. mm) Consindam C; Cons. D. nn) ind. II D.

1) vgl. den Bericht des Chronicon Brunwylrense (herausgegeben von G. Eckertz in den Annalen Heft XVII) S. 137 und der Legatenurkunde.

wird durch den Namen des Propstes Bruno von St. Gereon bestimmt; Bruno war seit 1127 Propst¹⁾, um Weihnachten 1131 wurde er zum Erzbischof gewählt, der Prozess muss also zwischen 1127—1131 stattgefunden haben. — Die Zeit des 2. Prozesses wird wiederum durch den Namen eines Propstes Bruno von St. Gereon bestimmt; ein 2. Bruno ist in den Urkunden von 1136—1145 nachweisbar, vielleicht war er direkter Nachfolger des ersten Bruno; der Prozess muss jedoch mehr an das Ende dieser Zeit gesetzt werden, weil das Chronicon sowohl wie die Legatenurkunde ihn mit der Urteilsbestätigung durch den Legaten in zeitlich nahe Beziehung bringen. Die Zeit der Urteilsbestätigung aber und damit unserer Legatenurkunde lässt sich durch den Aufenthalt des Legaten in Deutschland festlegen; er fällt in die Jahre 1145—1146²⁾. — Von einem 3. Prozess berichtet die Urkunde des Propstes Simon von St. Gereon; Propst Simon ist von 1165—1186, der als Zeuge genannte Dekan Hugo von 1166—1176 nachweisbar; da die Vorgänger beider Prälaten zuletzt für das Jahr 1158 mit Sicherheit zu erweisen sind, so muss die Urkunde in die Jahre 1158—1176 gesetzt werden. — Endlich lässt auf einen vierten Prozess eine Notiz des Chronicon Brunwylrense schliessen; wenigstens erhält der Abt Godesmannus eine päpstliche Bestätigung: *quod ecclesia in Kirdorff pagum, qui Glessen dicitur, sub se habebit*³⁾. In allen Prozessen wurden die Pfarrer von Bergheim abgewiesen; merkwürdig, dass sie es trotzdem immer wieder versuchten.

Kardinallegat Thomas bestätigt auf Bitten des Abtes von Brauweiler die früher in dem Prozesse der Pfarrer von Bergheim und Kirdorf um den Besitz der Kirche in Glessen ergangenen Urteile.

(1145/1146).

Abschrift im Museum Alterianum Tom. XX p. 168/169 Köln Stadtarchiv.

Thomas sancte Romane ecclesie humilis presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, uniuersis Dei fidelibus per Coloniensem episcopatum constitutis salutem. Uenerabilis frater noster

1) vgl. Knipping II nro. 287.

2) Thomas von S. Vestina kommt als Zeuge in päpstlichen Urkunden zuletzt am 16. Juni 1145 vor; vgl. Jaffé-Löwenfeld, Regesta II, S. 20 und Hauck IV, S. 161, Anm. 7.

3) Chron. Brunwylr. S. 158: *ut dicit epistola sub E. 3^o.*

dominus abbas sancti Nicolai Colonie¹⁾ in palatio archiepiscopi cuiusdam terminate litis nobis duos testes exhibuit, presentibus decano W.²⁾, magistro B.³⁾ et magistro G. de sancto Gereone⁴⁾ et aliis multis. Controversia talis fuit: Ecclesia de Kirdorp habuit uillam Glessene multis annis in parochia sua. Euerhardus postea abbas predictae ecclesie concessit, ut ecclesia fieret in Glessene, quam⁵⁾ reliquis sanctorum, uestimentis sacerdotalibus et libris de ecclesia sancti Nicolai honorauit. Presbiter etiam de Kirdorp semper illi noue ecclesie prouidit. Wetzelinus presbiter ecclesie de Berchem non multo post sacerdotem de Kirdorp coram Brunone tunc in parte illa decano, postea archiepiscopo, in generali capitulo de predicta noua ecclesia et populo suo in causam duxit. Presbiter de Kirdorp etsi quadragenaria et eo amplius possessione secundum canones potuisset illum ab impetitione excludere, tamen secundum capituli iudicium septem stolis iusticiam suam comprobauit. Adiudicata est ei possessio et banno confirmata a predicto decano. Non longo post tempore sub Brunone alio preposito sancti Gereonis et in eadem parte decano Henricus filius predicti Wetzelini in ecclesia de Berchem patri succedens patris innouauit querimoniam. Helias rector ecclesie de Kirdorp iudicio capituli duabus stolis comprobauit, quod predecessor suus septem stolis predictam nouam ecclesiam sub priori Brunone obtinuerit. Item a posteriore Brunone predicto Helie ex consilio capituli prefata noua ecclesia est adiudicata et banno confirmata. Istos duos posteriores testes antiquos scilicet et boni testimonii presbiteros abbas predictus, ad quem^{a)} ecclesia de Kirdorp spectat, nobis exhibuit, sicut sub posteriori Brunone iurauerant, paratos iurare, uidelicet audisse et uidisse, quod Sigefridus presbiter de Kirdorp septem stolis sepedictam ecclesiam nouam cum sua parochia capituli iudicio obtinuerit. Decanus predictus maioris ecclesie et prefatus magister Beringerus hec se audisse dicebant. Quoniam igitur rei iudicate standum est et res iudicata etiam ipsi ueritati preiudicat, predicta iudicia nostre legationis auctoritate confirmamus et predictis bannis bannum beati Petri adiungimus, ne quis prefatis iudiciis amplius audeat contraire.

a) Abschrift: quam.

1) Abt Amilius von Brauweiler (1134—1149), vgl. Chron. Brunwylrense S. 143.

2) Domdekan Walter 1138—1151.

3) magister Beringerus.

4) Ein magister Gotinus ist in St. Gereon von 1138—1143 nachweisbar.

5) Diese Stelle der Urkunde ist fast wörtlich im Chron. Brunwylrense benutzt (vgl. die Ausgabe von G. Eckertz in den Annalen Band XVII, S. 137).

Propst Simon von St. Gereon in Köln entscheidet zusammen mit dem Kapitel von St. Gereon den alten Streit zwischen den Pfarrern von Kirdorf und Bergheim über das Dorf Glessen zugunsten des ersteren und verbietet weitere Streitigkeiten.

(1158—1176).

Abschrift im Museum Alferianum Tom. XX p. 167/168 Köln Stadtarchiv.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Symon ecclesie sancti Gereonis prepositus in perpetuum. Ad officium iudicis pertinere dinoscitur emergentes lites iuste decidere et que semel decise sunt, ne denuo suscitari queant, solerter precauere. Hac habita consideratione causam, que inter duas parochias Berchem scilicet et Kirdorp de termino, qui est in uillula que appellatur Glessene, longo tempore uertebatur et sepius extincta reuixit, qualiter in nostro quoque iudicio et pullulare ceperit et extincta penitus expirauerit, tam presentibus quam futuris manifestare curauimus, ne de cetero qualibet occasione queat suscitari. Conquerebatur siquidem in nostro iudicio dominus Heribertus pastor ecclesie de Berchem de Rudolpho pastore^{a)} ecclesie in Kyrdorf proponens contra eum quod terminum parochie sue in prefata uilla iniuste occupasset. Rudolphus respondit non esse audiendum Heribertum in hac querimonia, quia res iudicata esset et tempore predecessorum suorum penitus decisa atque id legitimis testibus se probaturum promisit. Cum autem longo tempore negotium protraheretur, crescente de die in diem litigio, tandem iudicatum est Heriberto imponendum silentium, si Rudolphus quod promisit duobus uel tribus idoneis testibus probasset. Conuocatis itaque fratribus de capitulo nostro diligenter ab eis inquisiuimus huius rei ueritatem. Qui responderunt quendam Sifridum pastorem ecclesie in Kyrdorf septem stolis contra quendam Henricum pastorem ecclesie in Berchem predictum terminum obtinuisse atque id certissime se scire fatebantur. Quo facto Rudolphus presente Heriberto aduersario suo accedens cum duobus idoneis testibus, sicut sibi iudicatum fuit, prestito sacramento sine contradictione obtinuit predictam uillulam scilicet Glessene totam sue parochie termino concludi. Nos itaque ex sententia fratrum de capitulo nostro sub anathemate tam ipsi Heriberto quam omnibus successoribus suis perpetuum super hac querimonia imposuimus silentium. Et ne huius rei ueritas aliquo tempore obliuioni tradatur, eam presentis scripti pagina consignare et sigillo ecclesie beati Gereonis communire curauimus.

Ego Hugo ecclesie sancti Gereonis in Colonia decanus recognoui et subscripsi.

Ego Emicho eiusdem ecclesie canonicus recognoui et subscripsi.

a) pastore fehlt in der Abschrift.

Ego Gerhardus eiusdem ecclesie canonicus.
 Ego Theodericus. Ego Bertholus. Ego Walterus. Ego Ret-
 herus. Ego Wernerus. Ego Henricus. Ego Arnoldus. Ego
 Wetzelinus. Ego Theodericus. Ego Hetzelinus. Ego Euer-
 winus. Ego Gerhardus. Ego Reinerus. Ego Godefridus. Ego
 Gerhardus custos. Ego Henricus eiusdem ecclesie canonicus
 recognoui et subscripsi.

III. Abtei Deutz.

Theodericus aedituus erwähnt in der Commemoratio benefactorum monasterii¹⁾ unter den Schenkungen des Heribert, des Gründers der Abtei, die ecclesia in Burge cum sua decima. Derselbe Deutzer Mönch bemerkt im Catalogus abbatum²⁾: Gerlachus huius ecclesie abbas XII . . . decimam de Burge fere perditam tam valenter quam sapienter recuperavit. Von Theodericus ist auch die erste Urkunde geschrieben³⁾, die sich mit dem Prozess um den Zehnten in Bürrig beschäftigt, die Urkunde des Dompropstes Walter; Theodericus ist also nicht nur als Chronist, sondern auch als Urkundenschreiber seiner Abtei tätig gewesen.

In den 3 ersten Urkunden handelt es sich um den Prozess zwischen der Abtei und dem Pfarrer von Bürrig über den Zehnten dieses Dorfes. Die Urkunde des Dompropstes spricht dem Pfarrer die Hälfte des Zehnten zu, allerdings mit der Bestimmung, dass der Pfarrer davon die üblichen Abgaben an den Bischof, Archidiakon, Dekan u. s. w. zahlen solle. Ähnlich lautet die Entscheidung des Gegenpapstes Victor IV. von 1161.⁴⁾ Diese Entscheidung wird 1173 durch Erzbischof Philipp dahin abgeändert, dass der Pfarrer den ganzen Zehnten bekommen, dafür aber der Abtei jährlich 18 Malter Weizen und ausserdem die üblichen, oben genannten Abgaben liefern soll.⁵⁾ Später unterlässt der Pfarrer die Lieferung der 18 Malter; aber Gregor VIII. wie Clemens III. entschieden zugunsten der Abtei. Damit scheint der Prozess

1) herausgeg. von Lacomblet im Arch. f. d. Gesch. d. Niederrheins V, S. 267.

2) a. a. O. S. 301.

3) Freundliche Mitteilung des Herrn Archivdirektor Dr. Ilgen.

4) vgl. die Urkunden JL. 14447. 14448.

5) Knipping, Die Regesten der Erzbischöfe von Köln II, nro. 991.

beendet; in der Urkunde Cölestins III. finden wir die Abtei und den Pfarrer einig in der Verteidigung des Zehnten gegen den Abt von Stromberg.

Die Urkunden bieten einen Beitrag zur Geschichte des Gegensatzes zwischen Pfarramt und Mönchtum. In Deutz war dieser Gegensatz in der zweiten Hälfte des 12. Jahrhunderts besonders scharf ausgeprägt. Ausser um den Zehnten in Bürrig hat die Abtei auch im Kampfe um den Zehnten in Ruleshoven¹⁾ gegen den Pfarrer von Deutz und um den Zehnten in Winsa²⁾ die päpstliche Entscheidung anrufen müssen; nicht weniger als acht päpstliche Urteilsprüche sind gefällt; ausserdem haben ein Legat, der Kardinal Sofredus³⁾, und der Dompropst Walter „auctoritate apostolica“ die Prozesse zu beenden versucht. Das lässt auf einen sehr hartnäckigen Kampf schliessen. Vielleicht darf man sich in diesem Zusammenhang daran erinnern, dass die Heribertsabtei bei ihrer Gründung mit einer besonders grossen Zahl von Kirchen ausgestattet wurde.⁴⁾ Der Verlust der Pfarrzehnten mochte infolgedessen in Deutz schwerer empfunden werden als anderswo. Möglicherweise war hier auch der Gegensatz durch den Gegensatz der Prinzipien bestimmt. In Deutz hatte in der ersten Hälfte des 12. Jahrhunderts Rupert als Abt gewirkt; niemand hat schärfer als er die priesterliche Aufgabe des Mönches betont⁵⁾; wenn die Deutzer Mönche den Worten ihres Abtes folgten — und nichts

1) vgl. den *Catalogus abbatum* des Theodericus aedituus a. a. O. S. 302: Hartpernus abbas decimam de Ruleshoue diu ab ecclesia alienatam auctoritate Romani pontificis et archidiaconi . . . iudicio recuperavit. Vgl. damit die Urkunden der Päpste Alexander III. JL. 14273, Lucius III. JL. 14995. 15264, Cölestin III. JL. 17066. Zur Urkunde Alexanders III. bemerke ich, dass die Herausgeber der Papstregesten sie zu 1171—1181 setzten. Die Zeit wird aber genauer bestimmt durch den Namen des Abtes T(theodericus). Der Vorgänger des Theodericus, Rembodo, ist noch 1173 als Abt nachweisbar (vgl. Knipping, *Die Regesten etc.* II, nro. 983), Theodericus zuerst in einer Urkunde von 1180 Juli 27 (Knipping nro. 1148). Da nun Alexander III. in der Zeit zwischen 1173 und 1181 nur im Jahre 1181 am 14. März in Tusculum war, so ist die Urkunde zu 1181 März 14 zu setzten.

2) vgl. die Urkunde des Papstes Cölestins III. JL. 17048; die Urkunde ist zum 20., nicht zum 25. Dezember 1193 zu setzten.

3) vgl. die Urkunde Cölestins III. JL. 17066.

4) vgl. auch Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands* IV, S. 49:22.

5) vgl. Hauck a. a. O. S. 320.

ist wahrscheinlicher als dass sie es taten —, so mussten die sämtlichen Inhaber der Pfarren, die Deutz inkorporiert waren, in ihrer Existenz bedroht werden; damit wird es wohl erklärt, dass sie hier besonders hartnäckig auf ihren Rechten bestanden.

Der Kölner Dompropst Walter bestätigt mit päpstlicher und erzbischöflicher Autorität das Urteil des Propstes von St. Cunibert als des zuständigen Dekans und anderer Richter in dem Prozess der Abtei Deutz über den Zehnten in Bürriq. (1155 Aug. 9)¹⁾.

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv. (Deutz 4^b).

Reg. bei Rich. Knipping, Die Regesten der Erzbischöfe von Köln im Mittelalter, II nro. 602.

Ad noticiam omnium fidelium tam futurorum quam et presentium ut actio rei gestę perueniat de ecclesia | que sita est in uilla nomine Burga et ipsius decima, dignum duxi ego Walterus Dei misericordia sancti Petri | apostoli domus in Colonia prepositus et archidiaconus, supplicantibus dilectissimis fratribus nostris Gerlacho abbate | Tuiciensis monasterii et eius monachis, scripto tradere et pro tutela probatę ueritatis hanc paginam sigilli nostri | impressione roboratam eis donare. ACTIONIS uero series subscripta hęc fuisse dinoscatur: | Uenerabilis frater noster G. abbas supradictus post obitum magistri Gisilberti beati Andreę canonici, qui prefatam ecclesiam | minus quieta possessione loco personatus tenuerat, ad nos coram prioribus ecclesię ueniens conquestus est alienationem | siue diminutionem prebendę fratrum suorum in decima Burgensis parrochię et suam suorumque predecessorum ostendit longe | retroactam querelam, affirmans se cum fratribus suis hoc probare quoquo modo sibi iudicaretur posse et ad hoc paratum esse. | Nos itaque cum prioribus collocuti qui aderant, domino uidelicet Gerardo preposito Bunnense et archidiacono, domino Herimanno preposito sancti Seuerini, domino Johanne preposito sancti Cuniberti, domino Arnolde preposito sancti Andreę, domino Hugone preposito | sancte Marię de gradibus, abbatibus uero^{a)} domino Wolberone sancti Pantaleonis et domino Adelardo sancti Martini, decanis autem | Odulfo sancti Gereonis, Godefrido sancti Seuerini, Godefrido sancti Cuniberti,

a) uero über der Linie von derselben Hand.

1) Rich. Knipping hat die Urkunde mit Recht zu diesem Datum gesetzt; das Jahr wird durch die Worte: auctoritate domini papae Adriani necnon et domini mei archiepiscopi Arnolde II. und durch das Tagesdatum des 9. August bestimmt; Hadrian IV. wurde am 5. Dez. 1154 konsekriert, Erzbischof Arnold II. starb am 14. Mai 1156; also kommt nur der 9. Aug. 1155 in Frage.

Tiderico sanctorum Apostolorum, Folwino de gradibus, | magistro Adelhelmo de sancto Petro et aliis magistris scholarum, ex consilio omnium eidem abbati et fratribus suis diem et locum | audientię probationisque posuimus V idus augusti in ecclesiam apud uillam quę uocatur Mirkenich. Conuocauimus quoque illic | fratres quamplures de decania sancti Cuniberti, ad cuius uidelicet decanię capitulum ecclesia de Burga spectat. Die igitur et loco prefixo | congregati causam ingressi sumus, presentibus uenerabilibus fratribus nostris Johanne preposito sancti Cuniberti, Arnolde preposito sancti Andreę, | decano sancti Seuerini Godefrido, decano sancti Cuniberti Godefrido, Herewicho uicedecano capituli, presbytero in Solingen, Tibaldo pastore in Tuicio, Winando et Heinrico pastoribus in Vdendorp, Tiderico de Vugelberch, Walte|ro de Widstubble, Falkone de Leichlinge et aliis multis. Poscente autem predicto abbate, quatenus parrochianos | Burgenses, quos adesse preceperamus, de mera ueritate commoneremus, ex consilio annuimus et septem ex eis qui prouectio|ris erant etatis, quorum nomina sunt Heinrich, Lambrecht, Ludewich, Heriman, Arnold, Engilbreh, Reimbold, | aliosque in fidelitate suę christianitatis contestati sumus, ne quicquam extra sibi cognitum huius causę dicerent uel celarent. At illi | continuo sub eadem contestatione responderunt se ipsos de decima illa in Burga pachtum sibi denominatum ad promptuarium | fratrum Tuicii proprio sumptu suo quondam frequenter aduexisse. His auditis quesiuimus a preposito sancti Cuniberti et ab omni conuentu iudicium, | quo ordine quoue modo fratres Tuicienses suam deberent optinere prebendam. Denique iudicatum est a preposito et a cunctis, quod septem stolis septem | presbiteri uel aliqui diaconi super sacrosancta euangelia iuramentum essent facturi. Ilico septem sacerdotes, quorum nomina sunt Adelbero, | Benedictus, Radulfus, Gerwicus, Folbertus, Hartbernus, Phylippus, cum stolis suis canonicę iurauerunt et postea ex de|bito banni confirmationem deinceps sibi fieri petierunt. Quo supra iterum dato iudicio, auctoritate Dei omnipotentis et beati | Petri apostolorum principis et domini pape Adriani necnon et domini mei archiepiscopi Arnolde II bannum eis fecimus, ne de cetero aliquis umquam | mortalium quamlibet iniuriam uel uiolentiam siue alienationem in decima ista ad prebendam fratrum pertinentis ullatenus inferre | presumat in perpetuum. Post hæc autem rogauit nos idem abbas, quatenus in ^{b)} disponenda persona illius ecclesię et eius prebenda consilium ipsi daremus. | Cum ergo secundum ueritatem ibidem recognitam didicissemus, quod duę partes decimę illius ad fratrum spectarent prebendam antiquitus, tertia uero pars | proueniret presbitero cum dotali mansu, placuit in commune, ut decima illa dimidia futuro illic pastori et omnibus ipsius sequacibus | ea ratione statueretur, ut uidelicet dimidiam partem episcopalis seruitii,

b) in über der Zeile.

id est XXX denarios, dimidium quoque per annum luminare nocturnum | prouideat, et abbas aliam dimidiam; porro seruitium archidiaconi et decani capituli, id est prepositi sancti Cuniberti, suo tempore idem pastor | in integrum exhibeat. Et istud banno confirmatum a nobis fuisse sciatur. Omnibus igitur pacem et ueritatem diligentibus et quieti seruorum Dei prospicientibus gratia et misericordia a Deo patre et domino nostro Jesu Christo | et consolatio sancti Spiritus sit nunc et eternum. AMEN.

S.

Gregor VIII. beauftragt den Abt von Klosterrath, die Dekane von S. Marien in Aachen und St. Seruatii in Utrecht, dass sie dem Abt und den Mönchen von Deutz zu ihrem Rechte verhelfen hinsichtlich des ihnen durch richterliche Entscheidung zugesprochenen Anteils an dem Pfarrzehnten der Kirche in Bürrig.

Ferrara (1187) November 11.

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv (Deutz nro. 4^c).

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis . . . abbati de Rode, . . . sancte Marie Aquisgranensis et . . .^{a)} sancti Seruatii in Traiecto decanis salutem et apostolicam benedictionem.

Conquesti sunt nobis dilecti filii nostri . . . abbas et fratres monasterii Tuiciensis, quod, cum G., qui loco persone ecclesiam in Burge tenebat, decimam eiusdem parrochie, que | ad eos de iure spectabat, iniuste detineret, eo sublato de medio a maiore preposito, archidiacono et quibusdam | aliis Coloniensis ecclesie prioribus, qui erant cause illius ordinarii iudices, in hunc modum fuit^{b)} eiusmodi questio terminata, ut persona illius ecclesie medietatem decime perciperet, alia pars uero predic^{tis} abbati^{c)} et conuentui solueretur in usus proprios conuertenda. Cum autem tempore procedente abbas ad preces eius decimam ei tamquam procuratori committeret et ipse pensionem aliquando persoluisset | in pace, tandem contra constitutum ueniens, quod soluerat, non reddidit et adhuc presumit illicite detinere. Unde abbas et conuentus ad nostram audientiam appellauit. Nolentes itaque tractu parui | temporis memorati abbatis et fratrum iustitiam deperire, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus personam ecclesie illius ad restitutionem pensionum illarum sine appellationis diffugio censura ecclesiastica compellatis, nullis litteris ueritati et iustitie preiudicium facientibus a sede apostolica impetratis. Quod si omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Ferrarie III idus nouembris indictione sexta.

B. dep.

a) ein Buchstabe ist ausradiert. b) vor eius scheint h ausradiert; der Schreiber wollte vielleicht erst „huius“ schreiben. c) hinter abbati kleine Rasur.

Clemens III. beauftragt den Dekan de Acu und den Propst von St. Marien in Troyes (?), dass sie den Pfarrer von Bürrig zur Zahlung von 18 Malter Weizen anhalten, die er der Abtei Deutz aus dem Zehnten von Bürrig zu zahlen verpflichtet ist.

Lateran 1189 Januar 31.

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv (Deutz nro. 4^d). (Littera cum filo canapis).

Clemens episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis . . decano de Acu¹⁾ et preposito sancte Marie de Trega salutem et apostolicam | benedictionem. Accepimus querelam dilectorum filiorum nostrorum . . abbatis et monachorum sancti Herberti in Tutio, quod cum inter | ipsos et . . rectorem ecclesie de Burge super decimas predictae ecclesie controuersia uerteretur, tandem^{a)} pro bono pacis | talem inter se compositionem^{b)} fecerunt, quod presbyter prelibate ecclesie predictam decimam ordinaret atque disponeret, | ita tamen quod singulis annis decem et octo maldra puri tritici in festo sancti Gereonis propriis laboribus et expensis | persolueret ecclesie Tucienti, episcopi uero, archidiaconi et decani seruitia faceret et ipsi ecclesie in luminaribus prouideret; sed presbyter | memoratus a predicta compositione resiliens prelibata maldra frumenti iam per plures annos retinere presumpsit. | Quoniam igitur que compositione rationabili statuuntur, nullius debent temeritate mutari, discretioni uestre per apostolica | scripta mandamus, quatinus prenominatum presbyterum ad solutionem tritici supradicti et ad compositionem, sicut rationabiliter | facta est et ab utraque parte recepta, firmiter obseruandam per censuram ecclesiasticam, prout rationi uideritis conuenire, appellatione remota cogatis, nullis litteris ueritati et iustitie preiudicium facientibus, si que apparuerint tacita ueritate a | sede apostolica impetrate.

Datum Lateranis II kal. februarii, pontificatus nostri anno secundo.

B. dep.

Cölestinus III. beauftragt die Äbte von Gladbach und Knechtsteden sowie den Scholastikus von Kaiserswerth, an Stelle der früher von ihm beauftragten Richter den Streit zwischen dem Abt von Deutz und dem Pastor von Bürrig auf der einen, dem Abt von Stromberg auf der anderen Seite über den Zehnten in Bürrig zu entscheiden.

Lateran 1193 Dezember 20²⁾.

a) corr. aus tamdem. b) — onem auf Rasur.

1) Was mit de Acu gemeint ist, ist schwer zu sagen; etwa Arcu = Ahrgau?

2) An demselben Tage ist noch in einer zweiten Prozesssache des Klosters Deutz ein Mandat des Papstes erlassen: JL. 17048; denn

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv (Deutz nro. 4^e) (Littera cum filo canapis).

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis . . . Gladebacensi et . . . Kenegstedensi abbatibus et . . . scolastico sancti Suiberti in Werda in diocesi Coloniensi constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam | apostolatus nostri peruenit, quod, cum inter dilectos filios . . . Tuiciensem abbatem et . . . pastorem de Burge ex | una parte et . . . abbatem de Stromberg ex alia, qui sunt de Coloniensi diocesi coram iudicibus | ordinariis Colonie super decima de Burge controuersia uerteretur, idem abbas de Stromberg fru|stratorie sedem apostolicam appellauit termino non prefixo, prefati uero abbas et pastor in | appellatione sua certum terminum statuerunt, quem ^{a)} ipsis per responsalem idoneum prosequentibus, pars | aduersa per se uel per alium non accessit. Cum itaque causam ipsam decano et tibi, fili scolastice | sancti Suiberti in Warda, et scolastico sancti Andree Coloniensi commiserimus terminandam, quia preno|minatus decanus debitum humanitatis exoluerat et iamdictus scolasticus sancti Andree aduocatus in ipsa | causa extiterat, idem non fuit negotium diffinitum. Ideoque discretioni uestre per apostolica scripta | mandamus, quatinus partes ad uestram presentiam conuocetis et que hinc inde proposita fuerint plenius | intellectis causam inter eos appellatione remota mediante iustitia terminetis. Quod si omnes | hiis exequendis nequiueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur.

Datum Lateranis | XIII kal. ianuarii, pontificatus nostri anno tercio.

B.

IV. Kloster Dünwald.

Die Urkunde Lucius' III. ist auch von Leonhard Korth¹⁾ übersehen worden. Vermutlich haben Adresse und Incipit irreführt, die mit JL. 15301 übereinstimmen. Aber die Überlieferung wie der Inhalt und das Datum beider Urkunden sind verschieden. Das Original von JL. 15301 befindet sich im Fonds der Abtei

dieses Mandat ist nicht, wie Jaffé-Löwenfeld auf Grund des Druckes bei Ledebur annehmen, am 25. Dezember ausgestellt, sondern auch am 20. dieses Monats; das Original (Düsseldorf Staatsarchiv Deutz nro. 6) hat: XIII. kal. ianuarii.

a) corr. aus: quam.

1) Zur Geschichte des Klosters Dünwald im 12. und 13. Jahrhundert, in der Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins XX (1885) S. 51—83.

Laach im Staatsarchiv zu Coblenz; Lucius III. beauftragt in jener Urkunde den Kölner Erzbischof und Dompropst, Dünwald gegen Übergriffe der Abtei Laach zu schützen; sie ist datiert aus Verona und vom 31. Oktober. — Das Original unserer Urkunde befindet sich im Fonds Dünwald im Staatsarchiv zu Düsseldorf; Lucius III. beauftragt dieselben Personen, Dünwald gegen einen gewissen G. zu schützen; datiert ist sie aus Verona und vom 30. Oktober. — Die Originalität der Urkunde ist durch ihre Kanzleischrift gesichert: über gewisse Besonderheiten ist in einem andern Zusammenhange zu handeln.

Lucius III. beauftragt den Erzbischof Ph(ilipp) und den Dompropst B(runo) von Köln, dass sie einen gewissen G. auffordern, das Kloster Dünwald nicht länger wegen gewisser Mühlenbesitzungen zu belästigen.

Verona (1184/1185) Oct. 30.

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv (Dünwald nro. 1¹/₂).

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Ph(ilippo) archiepiscopo et dilecto filio B(runoni) preposito Coloniensi salutem et apostolicam benedictionem. Transmissa nobis dilectarum | in Christo filiarum nostrarum . . abbatisse et monialium de Duneuualt que|rimonia patefecit, quod quidam G. nomine super possessiones cuius|dam molendini in predio eas non ueretur contra iuris ordi|nem molestare. Unde discretioni uestre per apostolica scripta manda|mus, quatinus predictum G. ad complementum iustitie memo|ratis monialibus exhibendum per censuram ecclesiasticam sine | appellationis obstaculo compellatis.

Datum Verone III kal. nouembris.

B. dep.

V. Abtei Camp.

Im Jahre 1188 einigten sich der Erzbischof Philipp von Köln und Graf Theoderich von Cleve über die zwischen ihnen streitige Rheininsel Hoen und schenkten sie der Abtei Camp. Der Verfasser des *Chronicon Campense*¹⁾ berichtet sowohl von dieser Schenkung wie von den beiden Schenkungsurkunden²⁾; er

1) vgl. *Annalen* Heft 20 (1869) S. 275.

2) a. a. O.: sicut littere desuper confecte latius ostendunt; die Schenkungsurkunden bei *Lacomblet* und *Niederrhein*. UB. I, nro. 510. 511; vgl. *Knipping*, *Die Regesten der Erzbischöfe von Köln II*, nro. 1322 f. und *Ludwig van Laak*, *Kloster Kamp*, *Marburger Diss.* 1904, S. 21.

berichtet dagegen nicht, dass die Abtei sich den neuen Besitz von einem apostolischen Legaten bestätigen liess. Diese Legatenurkunde ist im Original erhalten; ihr Bericht deckt sich mit dem des Chronicon und der Schenkungsurkunden und bedarf daher keiner näheren Erörterung. Ihre Zeit wird einmal durch die in ihr zitierten Schenkungsurkunden von 1188 bestimmt, andererseits durch den Namen des apostolischen Legaten. Jordanus war einer der drei Gesandten, die im Juni 1188 nach Deutschland gingen, um dem Kaiser die päpstliche Bereitwilligkeit zur Krönung Heinrichs VI. und der Konstanze zu erklären¹⁾. Die Abreise im Juni wird durch die *Annales Ceccanenses* bezeugt²⁾; Da Jordanus am 27. Juni 1188 in einer päpstlichen Urkunde als Zeuge erscheint³⁾, so kann die Abreise erst in den letzten Tagen des Juni erfolgt sein. Die Rückkehr glaubte Scheffer-Boichorst ins Jahr 1189 nach den 10. April setzen zu müssen. Toeche⁴⁾ hat diese Annahme mit Recht bestritten; die Briefe Friedrichs I. und Heinrichs VI. aus den *Rouleaux de Cluny*⁵⁾, die Scheffer-Boichorst in diesem Zusammenhang zitierte, beweisen keineswegs für einen so langen Aufenthalt der Legaten in Deutschland und für ihre Anwesenheit in Hagenau am 10. April 1189⁶⁾.

1) vgl. die Schreiben Friedrichs I. St. 4514 und Heinrichs VI. St. 4642; ferner die Darstellung bei Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie S. 160 ff. und 179 ff.

2) MG. SS. XIX, p. 288; vgl. Scheffer-Boichorst S. 179.

3) vgl. Nachrichten der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen 1900, Heft 3, S. 260.

4) Kaiser Heinrich VI., S. 519 ff.

5) Gedruckt: *Notices et extraits des manuscrits de la Bibl. impériale* Band XXI (1865), S. 324 f.

6) St. 4514 berichtet von 3 Gesandtschaften in der Krönungsangelegenheit. Die erste ist die kaiserliche. Nach ihrer Rückkehr kommen die päpstlichen Legaten und Leo de Monumento. Dann treten die *impedimenta* ein, die Heinrich VI. und Konstanze an dem Zuge über die Alpen verhindern. Endlich schickt Friedrich I. am 10. April 1189 eine 3. Gesandtschaft — als Teilnehmer werden Leo de Monumento und 2 Deutsche, nicht aber die Kardinäle genannt —, die den Zweck hat, die Verhandlungen wieder aufzunehmen und den Papst zu bitten: *quantinus litteris vestris nobis iterum indicetis, quod in facto coronationis ita procedatis, secundum quod ius et consuetudo ab antiquo usque ad tempora hec sunt devoluta* (St. 4642). Von den Kardinälen ist in dem ganzen Zusammenhang nicht die Rede; vielmehr liegt zwischen ihrer

Ihre Tätigkeit fällt vielmehr in das Jahr 1188; denn wenn sie, wie die Urkunde Clemens' III. von 1189 Juni 26. (JL. 16423) berichtet, in Trier den Elektus Folmar für den 12. Februar 1189 nach Rom zitieren, so wird ihr dortiger Aufenthalt etwa in die letzten Monate des Jahres 1188 gesetzt werden müssen. Dann werden wir auch unsere Urkunde am besten an das Ende des Jahres 1188 setzen.

Jor(danus) Kardinalpresbyter von S. Pudenciana tituli Pastoris, apostolischer Legat, bestätigt der Abtei Camp unter dem Abte G(erard) die Rheininsel (Hoen) zwischen Rees und Wissel.

(1188 Ende.)

Orig. Düsseldorf Staatsarchiv (Camp nro. 9).

Jor(danus) Dei gratia sancte Pudenciane tituli Pastoris presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, Dilectis in Christo fratribus G(erardo) | abbati et conuentui sancte Marie in Campis eternam in Domino salutem. Cum a nobis ea requiruntur, | que honestatem continent et a iustitie tramite non recedunt, facilem nos decet prebere consensum et | effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Christo fratres, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, insulam inter Reesam oppidum et Wisclam uillam in alueo Reni coniec|tam cum omnibus attinentiis suis, sicut eam uenerabilis in Christo pater noster Philippus Co|loniensis archiepiscopus¹⁾ et illustris Teodericus comes de Clivo cum matre sua Aleide et fratre | suo Arnolde²⁾ pro salute animarum suarum et suorum predecessorum uobis et ecclesie uestre liberaliter concesserunt, auc|toritate legationis qua fungimur confirmamus et presentis scripti pagina comunimus, sub excommunicationis pena districtius inhibentes, ut de ipsa nullus uos et ecclesiam uestram ausu temerario molestare presumat.

S.

Gesandtschaft und dieser dritten eine längere Zeit, in deren Verlauf die impedimenta eingetreten sind; ihre Gesandtschaft ist offenbar längst beendet, als diese in der 2. Hälfte des April (nach dem 18. April) abgeht.

1) Lacomblet I nro. 511.

2) Lacomblet I nro. 510.